



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

LXIX. Confirmatio Brevis Benedicti XIII., quo statuitur, ne quis Monacus
Ord. Chartusien. gratias vel officia, inconsultis Ord. Superioribus, ab
Apostolica Sede possit impetrare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

Hujusc
Decreti fir-
mias, & ob-
servantia.

nali, five ejus Procuratori deputando, ut bonorum, rerum, & proprietarum hujusmodi veram, realem & actualarem possessionem nomine dicti Collegii apprehendere, & apprehensam retinere possit, Diocesani loci vel cuiusvis alterius facultate minime in his requisita, eadem auctoritate, perpetuo applicamus & appropriamus.

§. 4. A motionem vero, suppressionem, extincionem, erectionem, institutionem, applicationem, & appropriationem praedictas: necnon easdem presentes literas semper & perpetuo validas & efficaces fore & esse; & ab omnibus, ad quos spectat, observari debere; nec illas ullo unquam tempore de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vita five intentionis nostra a quoquam alio quantumvis substantiali defectu, etiam ex eo, quod causa, propter quas illae emanarunt, sufficienter adductae, examinatae, verificate, & approbatae; & quicunque in praemissis & circa ea interesse quomodolibet habentes, ad id vocati & auliti non fuerint, nec insidem praemissis consensem suum praestiterint, notari, impugnari, retardari, invalidari, suspendi, annullari, aut ad viam & terminos juris reduci, aut adversus eas quodcumque iuris aut gratiae medium impetrari unquam posse, nec illas sub quibusvis simili vel dissimili in gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contraria dispositionibus comprehendendi; sed semper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quandocumque eligenda concessas, semper & perpetuo validas & efficaces fore & esse, suoque plenarios & integros effectus fortiori & obtinere. Sicque, & non alias, per quoscumque Judices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, & alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prerogativa, & privilegio fungentes, sublata eis & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, definendi, & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, diffiniri, & interpretari debere; & quidquid fecis super his a quoqua quavis auctoritate scienter vel ignoanter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostris, & Cancelleria Apostolica Regulis de jure quæsi non tollendo, ac de gratiis non concedendis ad instar, & Lateranensis Concilii novissime celebrati, suppressiones perpetuas, nisi in casibus a jure permisiss, fieri prohibentis, aliquique Apostolicis, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Generalibus, Universaliisque Conciliis editis vel edendis, specialibus vel generalibus Constitutionibus & Ordinationibus, dictaque Apostolitis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretis statutis, & consuetudinibus, privilegi s quoque, indulxit, & literis Apostolicis eidem Hospitali, ut praefertur, suppresso, illiusque Rectori & Superioribus, alias in contrarium præmissorum etiam plures concessis, approbatis, & innovatis; necnon ejusdem Hospitalis fundatione & institutione, ac piis ultimis voluntatibus praeditis, & quibuscumque contractibus. Quibus omnibus & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis aia expressio servanda fore, eorum tenores his eisdem præsentibus etiam pro plene & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, latissime & plenissime ac specialiter & expresse, motu, scientia, & porestatis pœnitenti

ne similibus, hac vice dumtaxat derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut dictus Julius Cardinalis, ejusque successores predicti, perceptio ne omnium & singulorum fructuum, redditum, & proventum, hucusque per eundem Julianum Cardinalem percipi solitorum, ac juribus, & praeminentiis universis, quibus ipse Julius Cardinalis haecen gavilus fuit, necnon plena & omnimodo jurisdictione super Collegio, ut praefertur, ereto, frui & gaudere libere & licite possint & valcent.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ amotionis, suppressionis, extinctionis, creationis, institutionis, applicationis, appropriationis, decreti, derogationis, & voluntatis, infringere; vel ei ausu temerario contrarie; si quis autem hoc attentari presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice millesimo septingentesimo trigesimo secundo, tertio Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

A. Card. Pro Datarius.

F. Card. Oliverius.

Jura Card.
Alberone
concessi ejus
Successori-
bus affir-
mar.

Confirmatur Breve Benedicti XIII, quo statuitur, ne quis Monachus Ordinis Carthusieni, gratias vel officia, inconsultis ejusdem Ordinis Superioribus, ab Apostolica Sede possit impetrare.

Hanc Benedicti XIII. PP. Constitut legere est in praecedenti Vol. num. LXX. pag. 188.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

LXIX.

Dat. die 31.
Julij 1732.
Pont. Anno
III.

Exordium.

Bened.
XIII. Decres-
tum.

Ex injuncto Nobis cœlitus Apostolicae servitius munere illa, qua a Romanis Pontificibus Praedecessoribus Nostris pro felici Christifideli, divinis obsequiis sub suavi Religiosis jugo mancipatorum, statu conservando, & firmiter stabiliendo pie provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robre perennent, Apostolici muniminis presidio, cum id a nobis peritur, libenter constabilimus.

§. 1. Alias siquidem fel. rec. Benedicto PP. XIII. Praedecessori Nostro pro parte dilecti filii Vincentii Dinelli Procuratoris Generalis Ordinis Carthusieni, exposito, quod aliqui ipsius Ordinis Monachi, ambitionis spiritu ducti, officia dicti Ordinis ab hac Sancta Sede per importunas preces impetrare non erubescerant, cum maximo regularis disciplina detimento, ac propterea eidem Benedicto Praedecessori pro parte dicti Vincentii Procuratoris Generalis supplicato, ut in premisis opportune provide de benignitate Apostolica dignaretur; idem Benedictus Praedecessor incommodis, quibus ea de causa Ordo predictus affiebatur, obviam ire volens, hujusmodi supplicationibus inclinatus, ne de cetero perpetuis futuris temporibus quicunque dicti Ordinis Monachus a predicta Sede quodvis officium, seu gratiam, abfque speciali five Prioris majoris Carthusie, vel Procuratoris Generalis pro tempore existentis ejusdem Ordinis licentia & consensu, quoquo modo impetrare posset, audieret, vel

præsumeret, Apostolica auctoritate statuit & ordinavit, & alias, prout in memorari Benediti Prædecessoris literis, defuper in simili forma Brevis die 20. Augusti 1725. expeditis, uberioris continetur.

S. 2. Cum autem, sicut dictus Vincentius Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, ipse præmissa, quod firmius subsistat, & inviolabilius serventur, Apostolica confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos, speciale ipso Vincentio Procuratori Generali gratiam facere volentes, emque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absoluunt fore censemtes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, prædictas Benediti Prædecessoris literas, omniaque & singula in eis contenta, dicta auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus.

S. 3. Decegnentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia inviolabiliter observari; siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Castrorum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus & singulis illis, qua in istud Benediti Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 31. Julii 1732. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

F. Card. Oliverius.

Decretum, ut in Capitulo Generali Provinciae Januen. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia duo Vocales pro singulis Custodiis eligantur.

C L E M E N S P A P A X I I .

Ad futuram rei memoriam.

Dat. die 21.
Augusti 1732.
Pont. Ali.
III.

S. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii, Minister Provincialis, Custos, & Definitores Provinciae Januen. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum dicta Provincia in tres Custodiias, nemirum Januensem, Orientalem, & Occidentalem, divisa reperitur, jamque inde ab anno 1672. pro parte tunc existentium Fratrum ejusdem Provinciae fel. rec. Clementi PP. X. Prædecessori Nostro supplicatum fuisset, ut ad tollenda dissidia, qua tempore celebrationis Capituli Provincialis dictæ Provinciae non sine fidelium scandalo inter ejusmodi Custodiias oriens confieverat, alternativam inter eas electionem Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum Provinciae prædictæ demandare vellent, quemadmodum in altera Provincia Januen. Fratrum ejusdem Ordinis Minorum Sancti Francisci de Ob-

Alternativa in his
Custodiis
Officiis
electio alias
statuta.

servantia Reformatorum nuncupatorum per quadam rec. mem. Urbani PP. VIII. Prædecessoris quoque nostri in simili forma Brevis die 29. Maii 1643. expeditas literas præscripta & ordinata fuerat; ac idem Clemens Prædecessor instantiam ejusmodi tunc pariter existentis prædicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Cardinalis Proæctoris arbitrio remisisset, ipse Cardinalis Proæctor decretum edidit, per quod sub certis modo & forma in eo expressis concessit, ut petita alternativa electio imposterior servari posset, quatenus primodictæ Provinciae consensus in tunc proximo Capitulo Provinciali defuper accederet, & alias, prout in decreto prædicto, cuius tenorem præsentibus pro plene & sufficienter expresso haberi volumus, uberioris dicitur contineri.

S. 2. Cum autem, sicut eadem expositi subiungebat, decretum hujusmodi haecnam executioni demandatum minime fuerit, ac interea dissidia prædicta in Capitulo Provinciali perduraverint; ipsi exponentes pro publica tranquillitate sua Provinciae dictam alternativam Electioem inibi stabiliti summopere desiderant; Nobis propter ea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absoluunt fore censemtes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auditio per Nos super præmissis Voto Congregationis Generali dicti Ordinis, quod deinceps in Capitulo Provinciali primodictæ Provinciae duo Vocales Definitiorum Provincialis eligantur, & sint ex singulis tribus Custodiis præfatis: ex una scilicet Minister Provincialis, & Definitor: ex altera Custos, & Definitor: & ex reliquo duo Definitores alterius vicibus, auctoritate Apostolica tenore præsentium statutinus; itant ejusmodi alternativa Electio quoad Ministrum Provincialem & Custodem prædictos incipere debeat ab iis Custodiis, qua in duobus Capitulis Provincialibus proxime celebratis, dictos Ministrum Provincialem & Custodem respective non habuerunt.

S. 3. Decernentes, easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari; siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Castrorum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit atten-

Harum Li-

teraturam fit-

mitas.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciae, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia corroboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robre permanuis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum

Obstan-
tium deroga-
tio.

Pro eadem
obtinenda
supplicatione
mox Sancti
fatio D. N.

Quo pacto
a S. S. pro-
vulsum.